

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorum Opusculorum

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm, Aliarvmqve Observationvm ...)

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX. Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXIX

III. Additamentvm Ad Praecedentem Orationem, aliaeque annotationes.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16134

III.

ADDITAMENTVM AD PRAE-
cedentem Orationem, aliaeque
annotationes.

QVONIAM superiori orationi passim quædam inspersa sunt, quæ fide auctorum priscorum nituntur, non abs re esse putavi, nonnulla huc pertinentia antiquorum pariter ac recentiorum loca afferre, & aliqua addere, quæ supra omissa sunt. P. 475. sq. unius tantum *Iac. Facciolati* ad Humanitatem Orationis cura Io. Ge. Walchii recusa, mentionem inieci, binas vero eiusdem de eodem argumento, a Walchio recensitas, & præfationibus instructas esse, Kappius loco supra p. 475. cit. in præf. pag. b. 3. b. commemorat, qui & P. I. num. X. p. 287. sqq. *Petri Burmanni* in Humanitatis studia Orationem, a nobis quoque p. 476. adductam, repetiit, eamque bis in Belgicum idioma translata esse, perhibet, atque de fatis eiusdem orationis lectores ad Io. Gotl. Krausii *Novaliter. Germ. A. 1720. p. 314. 376. 443. 823. 826.* remittit. Nescio, qui factum sit, ut hæc ipsa oratio in indice primo collectionis

tionis

tionis Kappianæ fuerit prætermiffa, quæ res & mihi fraudi fuit, quo minus repetitionem eiusdem a Cl. Kappio factam p. 476. indicaverim. Noveram enim equidem fatis bene, præter editionem Lipsiensem A. 1720. quam ad manus habebam, inter alias orationes me laudatam Burmannianam legiffe, eumque in finem Orationum Clariff. Virorum a Kappio iunctim editarum, indicem I. oculis perlustraveram; sed fefellit quærentis industriam dicta omiffio, nec in ipfo volumine amplius eam requisivi, de indice securus. Cæterum indicem II. v. *Litteræ Humaniores* in laudata collectione Kappiana evolviſſe, neminem poenitebit.

Pag. 488. de *honorificis titulis*, nominatim *Illuſtrium Profeſſorum* elogio quædam dixi. Facit horum mentionem Suetonius de claris Rhetoribus, Cap. I. cuius & libellus de illuſtribus Grammaticis conferri, & addi quodammodo poteſt oratio Nicod. Friſchlini de præſtantia ac dignitate Virgilianæ *Æncidos*, Tubingæ VI. Id. Iun. An. 1574. habita, quæ Francof. primum eodem anno prodiit, deinde inter orationes Nicod. Friſchlini inſigniores aliquot, opera & ſtudio M. Georgii Pflügeri, Ulmani, Argentinæ A. 1598. in forma

forma octavi ordinis editas, primum locum occupare iussa est, quam & dignam habuit Clariss. olim Rector Gymnasii nostri, postea ad ædem D. Catharinæ sacram Pastor meritissimus, M. Iosephus Seizius, ut Clavi suæ Anterioris Æneidos, i. e. sex priorum Virgiliti Æneidos librorum, tabulis & notis eius illustratorum, & Halæ Suev. 1657. 4t. editorum fronti eandem præfigeret. Obiiter addo, eiusdem Frischlini aliam non minus commendandam orationem de studiis Linguarum & liberalium artium, Tubingæ Cal. Sept. 1578. habitam, reperiri in eodem orationum ipsius volumine (a) p. m. 169. sq. & a Cl. Langio in vita Frischlini p. 113. sq. recenseri ac laudari.

Ad pag. 490. ubi de *Recitationibus veterum solennibus* actum paucis est, merentur legi, quæ Casp. Sagittarius (b) in compendio & doctè annotavit: *Optima, inquit, veterum consuetudo erat, qua, licet sibi scribendo atque emendando*

(a) De quo in uno sequentium articulorum adhuc forsitan nonnulla dicentur.

(b) In Commentatione de lectione atque imitatione Ciceronis, Altenburgi in 8. sine anni indicio, edita, §. CLXVII. pag. 197. sqq.

iam satisfacerent; non propterea sua illico in manus omnium venire sinerent, sed ea peritis atque intelligentibus recitarent, quo prius corrigerent, quæ his iure displicuissent. De hac veterum RECITATIONE quia præclarissimi rei literaria Statores Duumviri Vossius & Schefferus, nec minus Ludov. Cresollius in *Theatro Rhetorum*, Iustus Lipsius *Centur. I. ad Belgas Epist. XLVIII.* Isaacus Casaubonus in *Commentariis ad Persii Satyram I.* tam pulchre commentati sunt, ut nihil supra, nos Veterum, quos quidem illi habent, testimoniis omissis, summa tantum huius moris capita annotabimus. Hæc Sagittarius, qui & deinceps a §. CLXVIII. usque ad §. CLXXXIV. illam consuetudinem describit, his finiens verbis: „Diximus de „Recitationibus veterum pro instituto nostro „satis. Atque utinam eadem adhuc in usu „essent, aut commode reduci possent: certe „futilium scriptorum minus esset, & ii „qui facultate scribendi pollent, haberent „quæ discerent, quæ dediscerent, quæ emendarent. Non immerito ergo conqueritur „Lipsius, quod mos utilissimus desierit, præfat. *librorum de Militia Romana*, his verbis: „Ante publica iudicia subire nobis opus, quam „privata experiri: nec ulla recitationes, aut in-

ter

„ *ter amicos lectiones sunt, sapientissimo consilio*
 „ *usurpata antiquis.*

Sed & nemini forsan ingratum erit, le-
 gere, quæ idem Sagittarius, celeberrimi vir
 nominis, in sequente paragrapho CLXXXV.
 subiungit, cum dictus eiusdem libellus non
 in omnium manibus versetur. „ Quapropter,
 „ ait, mirifice mihi placuit Cl. viri *Christo-*
 „ *phori Schraderi*, Prof. in Academia Julia ce-
 „ leberrimi, deque meis studiis optime me-
 „ riti, (c) institutum, qui in collegiis, ut
 „ vulgo vocant, privatis hanc Antiquo-
 „ rum Recitationem quodammodo revo-
 „ care solitus est. Conveniebant enim sta-
 „ tis diebus certus iuvenum studiosorum
 „ numerus, ex quibus unus, quem tange-
 „ bat ordo, declamitabat orationem. Fi-
 „ nita recitatione, missoque recitatore, ce-
 „ teri

(c) In Commentario quoque de vita & scriptis
 Casp. Sagittarii, quem beatæ memoriæ D. Io.
 Andr. Schmidius A. 1713. Ienæ, & foras dedit,
 p. 20. dicitur is Christoph. Schraderum Helm-
 stadii in oratoriis & geographicis audivisse, &
 p. 23. honorifici testimonii fit mentio, quod
 Schraderus postea Sagittario dederit, cui
 tum hoc, tum multis aliis nominibus magno-
 pere se obligatum fassus esset.

teri iudicia vel de inventione, vel de dis-
positione, aut elocutione, ferebant. Po-
tiora annotabat Præses; tum suam senten-
tiam expromebat. Mox vocatum ad se
Oratorem remotis arbitris in bonis confir-
mabat, sinisteriora comiter reprehende-
bat, & emendabat. Neque eum mo-
rem tantum observabat Vir laudatus in
Latinis orationibus, sed etiam Germanicis,
quas nonnulli de rebus politicis habe-
bant. Imo & de sermonibus ex ambone
sacro a iuvenibus studiosis habitis eiusmo-
di disquisitiones instituebantur: in quo-
rum numero me fuisse gaudeo, mihi que
gratulator. Quod si quid est in me faculta-
tis oratoriæ, quod tamen sentio, quam
sit exiguum, id magnam partem Schra-
deri mei disciplinæ me acceptum ferre lu-
bens meritoque profiteor. Hactenus verba
Sagittariana, quæ & ad citatum Schmi-
diani de vita illius commentarii locum
haud incommode quis retulerit, certe no-
bis, quod integra transcripsimus, haud
sane succensuerit.

Neque vero non operæ pretium esse, pu-
to, ipsis *Schraderi* verbis, paullo ante dictis
fidem, etsi nec sic iis denegandam, conciliare
ma-

maiolem. Ita in præfatione Hypothefibus
 fuis oratoriis ad Io. Sleidani de Statu Relig.
 & Reip. Historiam in German. Eloquentiæ u-
 fum contextis, & Helmftadii 1669 4. editis,
 præfixa, eiusdemque anni Idib. Mart. fcripta:
*Ego vero, inquit, quantum ingravescens, &
 beatam mortem (d) profpectans fenectus permit-
 tet, regiam dicendi viam non monftrare tan-
 tum porro, fed & in illam deducere, ac egregios
 iuvenes comitari, Deo favente, ita perfevera-
 bo, ut & audiam in domeftici auditorii co-
 rona adolefcentes oratores, & his dimiffis
 auditorum pofcam cenfuras, & has ad artis
 præceptiones expenfas vel confirmem, vel
 refellam, & post arceffitum oratorem, quid
 recte, quid prave dictum, comiter admoneam.
 Dominus Deus fapientie & eloquentie ftudiis,
 eum porro adfpiret fuffeffum, qui & divini no-
 minis illius glorie ferveiat, & Ecclefie ac Rei-
 publica fit falutaris. Hæc ille.*

Idem

(d) Ea vero demum An. 1680. d. 14. April. fecuta
 eft, unde in oratione funebri Schmidiana,
 inferius citanda, p. 370. vir ampliffimus & per
 integrum fere feculi femiffem de Acad. Helm-
 ftadienfi optime meritus dicitur, fen ex an-
 norum feptuaginta octo, ut p. 401. in Pro-
 grammate D. Andr. Frölingii legere eft.

Idem Vir clarissimus in *Programmatibus Selectioribus* (e) proprio nomine editis, num. LXIV. *Oratorias quasdam, ait, ad Aristotelis methodum exercitationes in domestico auditorio deinceps instituat, ea lege, ut epistolarum atque oratiuncularum dictata argumenta, cum cura vos elaboretis; ego vero quam feliciter id factum sit, constituta hora animadvertam. Adsciscet quisque sibi quem volet commilitonem,*
Tom. I. Fasc. III. Kk

(e) Vivo adhuc Schradero edita hæc sunt a filio eius cognomine, Helmstadii 1667. 4. qui & in Dedic. ad Ictorum in Academia Iulia Collegium amplissimum, scribit, se a venerando Dn. Parente suo impetrasse, ut programma, cum publico, tum privato nomine ab ipso antehac conscripta, ex angulis conquirere, atque e tenebris, in quibus delitescerant, in lucem usumque hominum producere sibi permetteret; addens, præter collectionis & editionis curam nihil in hoc opusculo, quod vocat, suum esse. Idem Christoph. Schraderus, filius, ibid. 1663. d. 8. Jul. sub præsidio fratris sui M. Io. Ernesti Schraderi, *Theles de affectuum in oratoria usu defendit publice, quas uterq; parenti huic suo optime merito CHRISTOPHORO SCHRADERO consecravit, titulo Præpositi Bergensis, Academiæ Iuliæ Prof. publ.*

& terni quaternive in museo nostro ad dicendum comparebitis, &c.

In Programmate LXIIX. rursus de hoc argumento ille ipse sic fatur: *Iuventutis studia haud parum alunt & fovent crebra scribendi dicendique exercitationes, nam & ingenium excitant, & artem perficiunt, & præstant, ne muta sit industria. Quodsi eorum, quæ elaborata sunt, etiam recitatio accedat, (quod veteres & in publico & in cœtu familiarium factitarunt,) iam & aliorum iudicia experiri, & iis*
vel

publ. & ord. Scholarum Guelficarum, Dannenbergicarum & Blancoburgicarum Inspectoris & Visitatoris generalis, in dedicatione eidem dato. Dicta vero Programmata Schraderiana hodie fere negligentius habita, sed lectu dignissima, in duas discescuntur partes, quarum prior ea comprehendit, quæ publico nomine edita, ab Anno 1635. d. 13. Cal. Dec. usque ad A. 1666. d. 26. Aug. quæque numero quinquaginta sex sunt; altera Programmata selectiora, proprio nomine inde ab A. 1635. Kal. Sept. ad An. 1666. d. 11. Oct. edita, quorum numerus ad CVI. assurgit, complectitur. An & illa lucem viderint, quæ postea scripsit, dubito; saltem in catalogo scriptorum eius, orationi funebri Schmidtianæ subiecto, præter iam dicta, nullorum video mentionem fieri.

vel corrigi, vel confirmari, erit opportunum.

Conferantur etiam Programmata LXXI. & LXXIIIX. aliaque, & comparetur elegans oratio funebris, quam Melchior Schmidt, Græcæ Ling. Prof. Publ. & Ordin. tum Helmstadiensis, d. 21. Maii A. 1680. in Schraderi nostri, paullo ante die 14. Aprilis defuncti memoriam habuit; (f) ubi & p. 389. sq. inter alia, hæc leguntur:

„ Quia styli exercitium omnis eloquen- „
tia præludium ac progymnasma est, ex- „
ercitatio autem illa sine labore, quem „
plerumque omnes fugimus, fieri nequit; „
hinc accidit interdum doctissimis & fide- „
lissimis præceptoribus, ut non tam sua „
culpa, quam discipulorum inertia aut igno- „
rantia, soli relinquuntur in suis Scholis. — „
Verum Schraderus hoc tanquam palma- „
rium multarum artium tradendarum arti- „
ficium, & forsan multis incognitum, te- „
nebat, & felicissime exercebat. Nimirum „
in omni sua doctrina id operam dabat, „

Kk 2

ut „

(f) Quam M. Reinh. Henr. Rollius Decadi primæ Memoriarum Philosophorum, Oratorum &c Rostochii & Lipsiæ 1710 editæ, p. 368. — 400. inseruit, subiecto illi Programme D. Frölingii, & scriptorum Schraderi indice.

ut non solum, quæ tradebantur, avide ab auditoribus arriperentur, sed ut semper plura addiscendi voluntas constans ac perpetua in illis aleretur ac conservaretur. Sic Schmidtius de nostro, qui & p. 388. Schraderi eloquentiæ hanc laudem tribuit: *Schraderum, aiens, audientes, Ciceronem ipsum, aut si quis eo melior gratiorque unquam dicendo fuit, sese orantem audire credebat iuventus.* Idemque p. 391. testatur, eum latinitatis puræ, antiquæ, ac Romanæ, religiosissimum, & in emendandis iis, quæ a dicendi studiosis civibus corrigenda exhibebantur, oculatissimum, aliorum tamen scriptorum non tam rigidum censorem, aut morosum fugillatorem fuisse.

Atque hæc de instituto Christ. Schraderi legisse, nemini, scio, erit ingratum; habuitque Sagittarius causas non vanas, cur sibi de illo gratularetur, optabuntque sine dubio multi cum eo, ut laudabilis mos ubique obtineret, quem & quantum in se est, revocare velle videtur celeberrimus Eloquentiæ apud Altorfinos Professor, DN. Christ. Gotl. *Schubarzius*, in collegiis suis oratoriis, quæ vocat, practicis; qui & nuper admodum, in edita Designatione Recitationum publicarum pri-

privatarumque, quæ in Academia Altorfina a sacro Mich. 1727. ad sacrum Paschatos anni sequentis, eodem Magnifico Vnivers. h. t. Rectore, instituentur, singulis hebdomadibus *declamandi exercitium* continuaturum simulque ea se propositurum, publice promisit, quæ Petrus Francius (g) de pronuntiatione & actione oratoria præcepit. Cui Viro humanissimo, ac de eloquentiæ, & meis quoque exiguis studiis, pridem meritissimo, atque etiamnum bene mereri naviter pergenti, ii profecto, quibus opera eius uti hic, & frui licet, non minus gratum contestari animum lubentes debent, ac Schradero suo olim profiteri haud dubitavit Sagittarius.

Ad extremum liceat ex Horatii de Arte Poëtica libello, quem meis in Classe Selecta auditoribus non sine fructu adhuc explicavi, huius omnino argumenti versus quosdam, qui

Kk 3 cum

(g) Huius præstantissimi Oratoris & Professoris Amstelodamensis, orationem de perfecto & consummato oratore, d. X. Oct. A. 1689. habitam, & opera curaque M. Ge. Lud. Goldneri, Ill. Ruthenei Rectoris, Geræ in 8. in gratiam studiosæ iuventutis recusam, hucque omnino referendam, commendari utique ac diligenter cognosci par est.

cum sequentibus aliis, hoc ipso die, dum hæc scribo, prælectionis materiam præbuerunt, & haud ita procul a fine libelli leguntur, huc afferre, qui & Recitationis veterum consuetudinem nonnihil forte illustrabunt.

*Si carmina condes,
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.
Quintilio si quid recitares, corrige, sodes,
Hoc (aiebat) & hoc : melius te posse negares,
Bis terque expertum frustra: delere iubebat,
Et male tornatos incudi reddere versus.
Si defendere delictum, quam vertere, malles,
Nullum ultra verbum aut operam sumebat
inane.
Quin sine rivali teque & tua solus amares.*

Pag. 500. paucis mentionem feci de *Status Desid. Erasmo, Roterodami, posita*. Testatur de illa *Petrus Balius*, (in *Diction. Histor. Crit. art. Rotterdam*, not. B. p. 2491. col. a. edit. recent.) *La ville de Rotterdam*, ait, a voulu, 1. *Que la Maison, où nâquit Erasme, fût honorée d'une Inscription, qui aprît à tous ses habitans, & à tous les étrangers, cette glorieuse prérogative.* 2. *Que le College, où le Latin, le Grec, & la Rhétorique sont enseignez, portât le nom d'Erasme, & qu'il lui fût consacré par l'Inscription*

scription du Frontispice. 3. Qu' on lui érigeât une STATVE de bois l' an. 1549. On en substitua une de pierre l' an 1557. Les Espagnols l' aiant renversée l' an 1572. on eut soin de la redresser, dès qu' on fut exempt de leur tyrannie; & enfin on lui en érigea une de bronze en 1622. qui est admirée des Conoisseurs. Elle est dans la grande place de la ville, au bord d' un canal, sur un piedestal orné d' Inscriptions, & entouré d' un balustre de fer. — Il y a peu de Voiageurs, qui faisant la relation de ce qu' ils ont vu dans les Provinces Unies, ne parlent de la Statue d' Erasme.

Hæc Bælius, qui pluribus deinceps ista persequitur; conf. & Heumanni Acta Philos. Tom. I. p. 686. sq. de hac ipsa Statua, qui cum & hic de numis, in honorem virorum eruditorum cufis, differat, memoriæ succurrit eiusmodi *numus argenteus Dan. Heinsii in eundem Erasmi*, cuius pars antica illius effigiem dimidiatam exhibet, cum verbis: ER. ROT. IMAGO AD VIVAM EFFIGIEM EXPRESSA. 1531. pars postica formam TERMINI, (*) additis verbis: CONCEDO NVLLI. Et circumscriptis hisce: MORS VLTIMA LINEA RERVM. Expresum refert hunc numum nitida Erasmi Colloquiorum editio, quæ, exacto post eius

Kk 4

(*) Qui & annuli eius sigillum fuit. vide Testamentum Erasmi in Actis Erud. 1727. p. 37.

obitum sæculo, anno nimirum 1636. Lugd. Batav. ex officina Elzeviriana, in forma duodecimali prodiit, ubi is folii duodecimi latus alterum ornat, subiectis verbis:

*Ingens ingentem (h) quem personat orbis
Erasmus,*

Hæc tibi dimidium picta tabella refert.

At cur non totum? mirari desine lector.

Integra nam tantum terra nec ipsa capit.

Theodoro Bezae hoc tetrastichon deberi, & litera

(h) Hoc ipso die lego in Cl. Heumanni Pœcil. T. II. Lib. IV. p. 571. Erasmus ab illo inter macro-micros relatum esse, i. e. eos, qui animo ingenti, corpore parvo fuerunt. Draconitis duos senarios hanc in rem ex eius dedicatione Epistolarum Eob. Hessi extrema, affert:

Erasmus ille, cuius ob os mundus sua
Obvertit ora, nonne! parvus corpore.

Quibus eo plus fidei adhibeo, quo certius nuper in huius Sylloges Fasc. II. p. 324. & p. 337. sq. probavi, Io. Draconem, Iustum Ionam, Eob. Hessum, aliosque iter ad Erasmus in Belgium fecisse, literarumque posthac cum illo commercium aluisse; egi & ibidem p. 318. sq. & 335. de Draconitæ editione Epistolarum Eob. Hessi, Marpurgi 1543. fol. procurata, hodieque perrara.

literæ initiales illi adiectæ, innuunt, & ipse me Bælius id docuit in Diction. voce Erasmus, nota, S. p. 1098. qui & critica censura illud expendit, additque, Æmilium, Profess. Ultraiectinum, eosdem versus Th. Bezæ imitatum esse, cum in doctissimæ virginis *Anne Mariæ Schurmanniæ* (i) effigiem hos versus conderet :

*Non nisi dimidia spectatur imagine virgo
Maxima quod totam nulla tabella capit.*

Sed ut ad numos, in honorem eorum, qui literarum gloria floruerunt, cufos, redeam,

Kk 5 com-

(i) Memorabilia de hac nobilissima virgine, & Philosophiæ imprimis dedita, affert Cel. HEVMANNVS in Actis Philos. T. II. p. 849. sq. Haud ita pridem quoque Ven. THEOD. HASAEVS lectu dignissimam valdeque prolixam Schurmanniæ ad Sam. Rachelium, Prof. Iuris Kiloniensem, Altonæ, XVIII. Kal. Iun. 1671. scriptam epistolam, ex *αυτογράφω* Magnifici MVHLII, inseruit Bibl. Brem. Class. VIII. p. 875. — 900. Huius Rachelii cum nulla hucusque extiterit notitia in Lexico Erud Lipsæam nuperime dedit, sed perbreuem, Heumannus in Pœcil. T. II. Lib. IV. p. 481. sqq. addito Scriptorum eius catalogo. Ad illam ergo hanc Schurmanniæ epistolam quodammodo refer.

commodum in mentem venit recensio *Selectorum Nummariorum Cel. Io. Henr. a Seelen*, Rostochii 1726. 8. editorum, quæ in Actis Erud. 1727. p. 416. sq. legitur. Ac rogandus sane est vir præstantissimus, ut in argumento curioso & utili enucleando pergat. *Girolami Olgiati*, & *Andr. Theveti* huius materiæ libri in Actis Philos. T. III. p. 71. (quem locum à Seelenio quoque citari, video in Act. Erud. l. c.) adducuntur, & nonnihil diiudicantur. Forte quis optaverit, ut idem factum esset in alio simili prorsus & non incognito *Ioan. Petri Bellorii* libro, quem præter *Cel. Struvium*, qui in *Introd. in Notit. Rei Liter. Cap. VIII. §. XL. p. m. 379.* eius mentionem facit, *Clariss. Actorum Eruditorum* collectores in *Supplem. T. I. p. 347. sq.* descripserunt. Nec dubitare licet, *Seelenium* uberiolem & criticam eius notitiam vel iam dedisse, vel alio tempore cum harum rerum curiosis communicaturum esse. Vix scripseram hæc, cum observationis *Godofr. Tilgneri* (k) de novo opere Numismatico-literario edendo,

(k) Extat in *Miscell. Lipsiens.* T. I. n. XXVII. p. 340. sqq. Esse vero *Tilgnerum* auctorem eius, patet ex T. IV. p. 319.

do, recordarer, qui de *Fulvii Ursini & Io. Petri Bellorii* operibus, sequens p. 343. tulit iudicium; *fuisse illos, præterquam quod pauciores Eruditos, eosque antiquos tantum exhibeant, in plurimis aut non accuratos satis, aut iusto breviores; elogiorum magis conditores, quam numismatum interpretes laudandos.* Habent ergo illi, qui hoc literaturæ elegantioris genere delectantur, satis adhuc materiæ, in qua industriam suam exercent. Coronidis loco illos huc excito binos numos *Ioan. Cratonis*, quorum archetypa asservare dicitur Ven. Godofr. Hanckius, uti in *Pinacothecæ Lips.* Parte LI. p. 232. lego, quem locum & in *Sylloges meæ Fasc. I. p. 178. 179.* repetii. *Ibidem Cel. Gottl. Krantzius* tertium quoque numum, *Io. Cratonis* memoriam conservantem, vidisse perhibetur, cuius altera facies *Imperatoris Maximiliani II.* altera *Io. Cratonis Archiatri*, effigies repræsentare dicitur. Qua occasione in medium affero sequentes *Io. Posthii*, (1) *Archiatri* quondam *Wirzburgici*, ut seipsum vocat, versus.

De

(1) Leguntur fol. 142. a in eius *Parergis Poëticis*, *Wirzburgi*, in officina *Henrici Aquensis*, *Episcopalis Typographi*, M. D. LXXX. in 12. olim publicatis, editione non ubivis hodie obvia, & nitide satis expressa.

DE IMAGINIBVS DIVI MAXIMILIANI IMP.
et Io. Cratonis Archiatri Caes.

*Cæsaris effigiem magni, effigiemq; Cratonis,
Qui confert, similes protinus esse videt.
Quodsi animum posset divinum effingere pictor,
Idem, ut credibile est, plane utriusq; foret.*

Aliud.

*Si, quibus est similis facies, similis quoque
mens est,
Cæsaris haud differt & tua, docte Crato.*

Pag. 505. in nota calci orationis meæ subiecta, iure meritoque lectores meos remisi ad eruditissimam præfationem a Cel. Altorfinæ Acad. Prof. C. G. SCHWARZIO, Miscellaneis Politioris Humanitatis (k) præmissam, cuius, pace Viri Cl. hic iuvat excerpta quædam sistere, notulis quibusdam meis illustranda. Sic, inter alia: *Ecquod, inquit, vite genus est, sive publicis, sive privatis in rebus, cui ex humanitatis studiis nihil ornamentum subsidii-
que*

(m) Lucem viderunt Norimbergæ A. 1723. 4. vid. Nova Liter. Germ. 1721. p. 674. & 1723. p. 105. ubi Cl. Io. Clerici eorundem recensio in Bibl. Novæ & Antiquæ Tom. XVIII. P. I. Sect. 5. exhibita, qua permagnis illa laudibus afficit, in compendio reperitur.

que accesserit? Et postquam Augustissimi Aureæ Bullæ Auctoris præceptum gravissimum, de maximorum Imperii Romani Principum Filiis in his artibus instituendis, adduxisset; iam, inquit porro, si ad privatae sortis ordines animum referamus; intelligimus sane, sine eius generis præsidis aridam incultamque videri omnem reliquam eruditionem. Tristia certe superiorum temporum exempla docuerunt, ipsum illud sanctissimum rerum divinarum studium, quod Theologiam appellamus, securius allucinari, atque aliquando in opiniones incidere insipidas, ubi artes bonæ tenebris (n) iacent sepultæ, aut fastidiose spernuntur. Vix alia Iuris consultorum (o) scripta diutius ætatem tulerunt, ferentque, quam quorum severior iuris civilis scientia interiorum literarum ubertate fertilis est. Adhæc illis artis salutaris (p) statoribus

(n) Ipse b. LUTHERVS hoc agnovit in epistola ad Eob. Hessum, quam inserui Fasc. II. p. 297.

(o) Graviter hanc in rem, præter alios, nuper differuit Ill. NICOLAUS HIERON. GUNDLINGIUS in Præfatione ad Franc. Balduini de Institutione Historiæ universæ & eius cum Iuris prudentia coniunctione *περὶ λεγομένων* libros II. Halæ Magd. 1726. 8. merito recusos.

(p) Luculenter id comprobavit Cel, IAC. BURCK-

HARDVS

ribus proclivius ad laudem famamque pervenire contingit, qui optima & nobilissima artis sue præsidia pariter atque ornamenta a Philosophia & humanitate arcessunt. Et quid multa? Hæc sunt illa ipsa studia, quæ moderate prudenterque culta, omnium ordinum (q) & ætatum omnium, & temporum locorumque, esse possunt, quæ gravia atque ardua pacis bellicæ negotia, iucundissima æque ac innocentissima animi remissione distinguunt; quæ in curiis

HARDVS, Ill. Gymn. Hildburgh. tum Professor Publ. nunc Consiliarius & Bibliothecarius Guelferbytanus, in elegantissimo libello, cui tit. Medicus gravissimus humanitatis studiorum vindex, ex historia literaria adumbratus, Wolffenbütteli, 1716. 8.

(q) Hinc statuit Heumannus, pleraque Ciceronis scripta Philosophica ad hanc nostram ætatem nulla forte alia ex causa videri servata esse, quam quod tam pulchra veste condecorata, i. e. tam eleganti stilo conscripta sint; idemque ut in suis libris Philosophi faciant, suadet, cum, quod dicitur:

Victurus genium debet habere liber,
recte etiam de stilo intelligi ac dici queat:

Victurus stylum debet habere liber.

vid. eius Acta Philos. T. II. p. 465. sq. eiusdemque

et iudiciis lumen afferunt deliberantibus, &c.
Hæc Vir Excell. tam circumspicte pruden-
terque scripsit, ut haud quis hic inveniatur,
quod iure arguere queat; qui & paullo post,
necesse esse, recte statuit, „ ut certi qui-
dam homines existant, liberaliusque fo-
veantur, quorum sit, ex instituto (r) has „
artes pertractare, inque iis colendis præ-
cipuam curam operamque ponere, ne hæc „
studia proprio cultu destituta, si ubivis „
solum-

que Philosophum Politicum, germ. lingua e-
ditum, Cap. VII. §. XVII. p. 166. coll. §. XIII. p.
161. Ad eundem modum Ven. D. Buddeus in
Philos. Instrum. P. III. Cap. II. §. X. p. 238. alios
quidem, ait, nimio sermonis cultu, alios con-
tra sermonis neglectu & barbarie peccare,
perinde ac si illuvies sapientiæ propria esset,
nec casto, ac emendato puroque dicendi ge-
nere posset proponi. In primis confer hic Cel.
Moshemii præfationem ad Folietæ de Linguae
Latinæ usu & præstantia libros tres, §. III. sqq.
(p) Legi hanc in rem meretur, & sedulo ab iis,
quorum interest, expendi utilissima præfatio,
quam laudatus Buddeus Io. Matth. Gesneri,
Celeberrimi nunc Ill. Vinariensis Gymnasii
Doctores & Bibliothecæ Principalis Præfecti,
fautoris mei honoratissimi, Institutionibus
Rei Scholasticæ, Ienæ 1715. 8. præmisit.

„ solummodo tanquam res subsecivæ atque
 „ secundariæ , tractentur, nec habeant , ubi
 „ per se quasi subsistant , rursus sterileſcant,
 „ vel penitus ad priſtinas tenebras redigantur.

Cæterum quoniam , quod nec Schwarz-
 zius l. c. prætermittit , *multi hoc studiorum ge-
 nere intemperantius abutuntur* , ad quos adeo
 hanc humanitatis commendationem non
 pertinere fatetur; fas ſit nobis , hæc ipſa,
 præeunte Cl. Colero, in ſupra p. 475. lau-
 data Oratione ſua inaugurali *de multiplici
 humaniorum literarum abuſu* , paullo uberius
 declarare , & noſtram quoque his circum-
 ſcribere limitibus de elegantiorum studio-
 rum (s) cultura ſententiam. Iuvat itaque per
 ſumma tantum capita ire , & quæ Colerus
 fuſius edifferit , brevibus hiſce complecti
 membris.

I. *Abuſus humaniorum literarum* graviffi-
 mus , & vere capitalis , atque adeo princi-
 pe loco commemorandus , eſt, ſi quidem ad

con-

(s) Diatriben eruditam de Eruditione eleganti
 comparanda, Florilegio ſuo Philologico - Hi-
 ſtorico Miſenæ 1687.4. duabus partibus edito,
 præfixit Matthias Zimmermannus, SS. Th. D.
 Paſt. & Superintendens olim Miſeneniſis,

ad contemptum illæ referantur religiosa pietatis, si ex profanis libris animus ducatur profanus, si præ nimio liberalis doctrinæ amore, studioque, sordeant carmina, & vaticinia sacra. pag. 8.

II. Proxime ab his absunt, qui ipsa sacrarum monimenta literarum ad legem humanioris elegantia metiuntur. pag. 18.

III. Si ex humaniorum literarum studio præpostero contrahitur illud vitium, quod ineptiam pædagogicam, seu pædantismum (t) vocare solent. pag. 21.

IV. Alius quidam insignis humanioris doctrinæ abusus est, quo non sine dedecore publico in argumentum rixæ, & petulantis iurgii, maledicentiaque illa convertitur. pag. 25.

Tom. I. Fasc. III.

LI

V.

(t) Ad scriptores de pædantismo a Colero hic allegatos, adde Heumannum in Pœcil. T. II. p. 80. sqq. ubi de titulo Pedantæ agit, & in originem huius vocis inquit, putatque, illi ansam dedisse PEDANVM, celebrem Io. Ioviani Pontani tempore in Italia Grammaticum, qui & eius in Dialogo, quem Charon insignivit, p. m. 434. sqq. facit mentionem. Et sane lecto hoc dialogo & Mercurii, PEDANI, Theani & Menicelli Grammaticorum, quos collocutores introducit, inepta concertatione, vix
me

V. Denique si sub specie humaniorum literarum ipsa sanctioris veritatis disciplina variis corrumpi erroribus solet. pag. 29.

Et quæ alia sunt abusus genera, ab eruditæ pietatis cultoribus pridem notata, quæ tantum abest, ut fraudi esse queant prudenti & sobriæ humanitatis studiorum culturæ, ut plurimi ex ipsis viris celeberrimis, qui in his maxime literis excellunt, detestanda & omni modo fugienda ea esse, graviter omnes cohortentur.

IV. Epi-

me contineo, quin pollicem lubens premam doctissimo Heumanno. Vnde & hic Grammatiunculi, Grammaticonis, aliæque voces ridiculæ occurrunt. Ceterum nescio, quomodo hic Dialogus Æneæ Sylvii Historiæ de Euriolo & Lucretia, (de qua vid. præter Cl. Schelhornii Amœn. Lit. T. I p. 264. sqq. Cel. Hahnii T. I, Collect. Monum. veterum & recent. in editorum, n. IX. coll. Coleri Bibl. Theol. T. I. p. 753.) aliisque huius generis libellis ab Hilario Drudone sub titulo: Practica artis amandi, Vrsellis 1600. 12. editis p. 375. ad p. 456. insertus sit.

IV.

Epistolae (a) aliquot Vi-
rum Saec. XVI clarorum, ex
MSS. editæ.

A.

Sebastiani Theodorici ad Georgium
Voglerum, Epistola,
ex ἀποστολῆς.

S Cum ex Alberto ad fine vestro, amico
mihi carissimo, intellexissem, patrone
perpetua observantia colende, nonnihil
vos offensos esse mea, cum proxime apud
vos essem, præpropere abitione; facere non
potui, quin paucis me purgarem Etsi autem
& mihi molestum fuerit, amicos deserere,
quorum visendi causa (sic MS.) veneram, vix
salutatos, cupidissime enim aliquam vestri
Ll 2 ad-

(a) Debes illas, mi lector, Viri Iurisconsultissi-
mi, Dn. D. Io. LAVR. a IEMGVMER CLOSTER,
in signi humanitati, quam iam alio tempore,
in Fascic. I. p. 17. & 135. sq. huius Sylloges,
gratus prædicavi, aliosque non minus eam
laudare, docui; qui has aliasque epistolas
in posterum D.v. a me evulgandas, benevole
mecum communicavit.